

possit, saluâ temper existimatione et debita perpetuâ patriæ
fide. Tu vir Optime, qui pro insigni humanitate ac
candore tuo capis istas quâ capi decet, plurimum a me
salve ac vale. Haga Com. quò me adversa valetudo ad
tempus compulit, nunc Dei beneficio in melius versa
ut brevi Principem revisurus sim v. Non. Sextil.
C1010CXXIII.

Ewendelino

Quæ de latitudine Byzanti pridem ad me Golius perscripserat
dix est, mi Ewendelino, cum exscripta manu meâ accepere
nisi me amici fallunt, quorum cura literas curiosè commi-
seram. Quæ legatus Ordinum, ipsius manu hîc habes.
Conserventur illæ literas partim itineris longi intervallo
partim occupationum mearum frequenti turbâ, partim
denique, cui postquam ad sextam fere septimanam Hagæ va-
cavi, nunc demum ad exercitum reversus. Libero me hoc
tam vetusto nomine dum in propinquo sumis, et spatio
non nimis grandi Eburonibus amicos salutem mittimus.
Hâc Deum rogo longâ et continuâ utaris, ut quorum
dix saluam Orbi literato moies, tandem sane videant
præstantissimi ingenis tui partus immortales, nec posthumi
aliorum curâ produci necesse habeant. Quod te Republicæ
causâ ne committas rogo et item tuâ. Meâ semper, ut
me ames. Leedæ in castris 7. Id. Sept. C1010CXXIII.

Tuus.

G. H.

Wilmio, affini.

De Felici nuncio duplici itinere ad me misso, plurimum
tibi, frater optime, debeo: sed parum ceteris amicis,
quorum ab illo tempore nemo est, qui tribus verbis
indignare dignatus fuerit, quo loco res sint puerperæ meæ
charissimæ puerperæ meæ vel infantis, qui hodiè tertiam
septimanam mortalibus interest. Tibi siquid obij super-
est, in proposito persistas rogo, et quocumque loci con-
cessero (cras enim hinc discedimus) persequare me
literulis, quæ si valere meos significaverint, etiam in
parcissimos characteres contractæ, amplissimarum
loco erunt vale. Raptinæ Neomagi 26. Octob. 1633.

J. Vander Burgh.

J. Vander Burgh.
G. Hugenius. S.

De Poenio quæ proponebas nihili sunt. ille enim hætenus
in vivis est. et verò si ille desierit nihili sicut illa tamen
ob

(183)